



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Sexto Idus Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

generi metum mortis incuteret, & quam dispicienda sit temporalis
vitæ gloria, in ipso gloriæ principatu, ac veluti sole, deliquum patien-
te, euidenter ostenderet; præcertim cum unus omni mundo præsi-
deat Papa, reges sint simul plures, nec sic soleant Pontifices violenta
morte occubere, vti reges.

Addit noster Lorinus (inquit Corn. a Lapide) id fieri vt minus In 2. per.
appetant homines Papatus culmæ, quod ferè certi sunt nō diu dura- c. 1.
turū. Nō appetit illud S^mns. D.N. Urban. VIII. hodiernus Pontifex, de
quo ita Herm. Hugo, olim in humanioribus litteris Præceptor meus: Præfat. in
pia d. si.

Te iam recens Pontificem omnium admirumratione dictum, deria.
nondū solenni ritu è throno salutatum, genibus humi nixis, manibus,
oculisque sublatis, Deum his verbis publicè compellasse intellexi:

*Domine, si hac electio, non est aut è gloria
tua, aut è bono Ecclesia, aut salute mea,
prius hinc efferar è Conclavi mortuus, quæm viuu.*

O vocem Urbano Pontifice dignam! vocem aris, templisque omnibus
consecrandam! vocem quæ quæm dignus Pontificatu effe, quo in-
stinctu ad eum prouectus, facile indicaret. Sic viue diu Ecclesiæ tuæ
Urbane Optime. Maxime, cui Princeps iubente cælo præfectus es. Quod
ego & Catholicu tuum ouile sanctissimo suo Pastori, millies vouent.

Sexto Idus May.

In terra Hus, Sancti Iob Prophetae, admirandæ pa- Maij.
tientiæ viri.

Ne mireris studiose Lector, quod hunc magnum Prophe-
tam, etiam hîc adnumerem. Solus titulus eximiæ eius pa-
tientiæ; ad id sufficerit; illa enim peste infectis aut afflictis,
in primis & maximè necessaria est, quandoquidem omni
humano solatio destituti ordinariè hi esse soleant. Verum non hunc
solum titulum, hic specto: alio iure, inter reliquos venit adnume- Vide pi-
randus. Præter namque innumeros morbos & afflictiones, quibus nedam in
miserrimè in patientiæ exemplū, fuit attritus, etiam igne sacro, quem c. 2. Iob.
hodie S. Antonij vocamus, estque teterima pestis species, à Deo per-
cussum volunt. Vnde & ipse in quo passus est, potens est & alijs,
O qui

qui eum inuocant, opem ferre. Anabaptistarum quidē doctrina est, sederronea & falsa, quod Job numquam fuerit in rebus humanis, quodque liber eius confictam tantū contineat historiam. Conuincunt eos aperti erroris, sacræ litteræ, dicente Deo apud Ezechielem : *Ezec. 14.* *Si steterint in medio Noe, Daniel & Job, ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas.* & Jacob. Apost. *Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis: vbi admirabilem eius patientiam nobis in aduersis imitrandam proponit.* de quo item vide cap. 2. *Tobiae.*

Vide Franc. Guicciar. Vanè etiam & temerariè scripsit H. Cornel. Agrippa, luem Venetam Job in Diuos retulisse. Dudum enim ante exortum hoc pestilens malum, quod centesimum annum non adeò multum excedit, (putatur enim tantū hīc innotuisse anno 1495. cùm Neapolim obserderet Carolus VIII. rex Franciæ, speciosas halce merces Hispano-homine ex India adducente) Veneti sacram eius memoriam, & templo & festo die celebrarunt: constatque Vsuardum Caroli magni ætate, & Wandelbertum non multò post, Martyrologijs suis cum inseruisse. Et à Græcis notatur ad sextum diem Maij, sanctus & iustus Job, qui multa contra satanam certamina sustinuit, appellantque eumdem Prophetam, ob multa præuisa & prænuntiata usque ad sæculi consummationem, diuina consilia.

Putat nihilominus Pineda, non improbabiliter dici, Sanctū Job lue quadā, hodiernæ nostræ Venetiaræ, nō absimili, in maioris patientiæ documentum, fuisse percussum de quo latius eumdem consule in c. 2.

Plurima per Brabantiam habet sacra loca sibi dedicata, in quibus festo suo die, magno populorū concursu solet visitari. Estque celebris eius memoria Wesemalię, duobus à Louanio milliaribus: in cuius honorem, ibidem votuum carmen nuper conscripsit, Cl. V. Erycius Puteanus, magni Lipsij in Louaniensi cathedra successor. Monet verò, & rectè Ioan. Molan. corrigendos esse ab Ordinario, quicumque festum & memoriam S. Job, non religiosè, sed petulanter celebrare.

Et